

Hilarij

quis uolet sumere! in eternum residet in quietum quis uolet promereri.
Hocusque inconsummationem seculi nobiscum! hoc spectationis
nostre solacium! hoc in donorum operationibus futurae spei pig-
nus est! hoc meritum lumen! hic splendor animorum est! hic ergo spes
sese expectendus est promerendus est! atque inde ceps praeceptorum fide
atque obseruatione tenenduse st; EXPLICIT LIBER SECUNDUS;

INCIPIT LIBER TERTIUS;

AFFERT PLERISQUE OBSCURITATEM SERMO
dni cum dicit; EGO IN PATRE ET PATER IN ME; Et
non immerito; naturae enim intellegentiae humanae ra-
tionem dicti istius non capit quidquid namque non pos-
se efficit quod in altero sit et ipsum ex altero sit et cum ne-
cesse sit ea dequibus agitur non solitaria sibi esse sed unita
mensuum in quo sint conseruandi non posse se inuicem con-tine-
re. quid aliquid aliud intra se habeat atque ea ipsa contine-
ri quicquid aliud aliud intra se habeat. manet
de quo semper exterior; uicissim quem intra se habet. manet
de quo semper interior; Haec quidem sensus hominum non
sequitur nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio hu-
mana praestabit; sed quod intellegibile est hominibus esse possibile
est; hoc non ad mendacium sed ad rationem dicti ea ipsa suf-
ficiat auctoritas. quod a domino dictum sit cognoscendum atque
atque intellegendum est quid sit illud. EGO IN PATRE ET
PATER IN ME; Tamen comprehendere hoc tam est quod
debemus. ut quod natura rerum patitur non posse existimatur
Additum ueritatis ratio consequatur; atque ut facilius intel-
legentiam diffidium gestus que actionis consequi possimus. prius
patrem & filium secundum diuinarum scripturarum doc-
trinam cognosci nobis oportet. unde cognitis ac familia-
ribus absolutior sermo sit; Praeter pater & filius ubi de-

Sei spe adsit nobis gra.

Ioa: 14

Ibidem

Deputatur de trinitate.

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BRITISH LIBRARY
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bl_harley3115/0054